## ELSEY B.M.V. et St. Sebastianus

Else, Elsen, Elss.

Inter Iserlohn et Hagen, juxta municipium Hohenlimburg ad flumen Lenne, Westfalia, dioec. Köln, nunc Paderborn.

Parthenon, cuius initia sunt in tenebris, eisdem probabiliter ex causis quibus in Edelstetten (Circ. Sueviae) et in Stoppenberg, de quo infra. Moniales enim vitae regularis taedio imbutae, eam excutere studuerunt omni modo et paulatim normas canonissarum, quae habebantur ut „nobiliores“, sunt secutae. Diligenter exinde omnia documenta, quae potuissent probare, eas initio vixisse sub regula, tulerunt de medio. Probabiliter huc sunt translatae in fine saeculi XII moniales Scheidenses. Anno 1175 Scheda adhuc fuit monaste-



ELENCHUS

rium duplex, anno 1220 parthenon Elsey iam extitit, ergo interea est fundatus et quidem a Mathilde comitissa de Isenberg.[1] Anno 1220 Elsey prima vice occurrit tamquam „coenobium pauperum dominarum". Anno 1223 sunt ibi „praepositus et priorissa, conventus, sorores et fratres". Qui fratres nullo modo indicant, E. tunc fuisse monasterium duplex, Conventus in hoc casu sunt „sorores cantantes" vel canonissae (evidenter nobiles), sorores sunt conversae, et duo vel tres canonici, forte uno alterve adiecto converso.

Mutatio asceterii in canoniam saecularem iam mox videtur fuisse aspirata, in omnibus enim catalogis deest. Iam saeculo XIV videtur esse peracta. Anno 1345 canonia Scheidensis renuntiat omnibus juribus, quae habuit in parthenonem E., cum quo in posterum nullas habuit relationes. Anno 1369 vocatur „sticht to Else", quod innuere videtur iam separationem completam a vita regulari et ab Ordine. Tamen a praepositis et priorissis manet gubernatum usque in finem saeculi XV, quo illis substituta est abbatissa, decem canonissis praefecta. A saeculo XVI E. fuit canonia simultanea, cum praebendis pro virginibus ambarum confessionum. Anno 1628 abbas Knechtstedensis tentavit E. recuperare ordini, sed frustra.[2] Anno 1811 supressa est. Ecclesia pulchra romanica subsistit ut parochialis protestantium.

Archivalia: StA Münster 1 fasc. acta s. XVII/XVIII – Heimatmuseum Hohenlimburg (loco archivi parochiae) ca. 50 dipl. 1220/1558 – Fürstl. Bentheimsches Archiv Rheda: acta – Arch. Principis Rheda-Lethmate: (Urk. 1321/1658) – Schlossbibliothek Cappenberg: 1 Kopiar.

Bibliographia: DGHE XV 295 – Fabricius VI 336 – Grote 132 – HHSD III 176 – Hugo I 651 – Knipping II 1581 – Ludorff Krs. Iserlohn (1900) 15/20 – Paas Kampf – Saal 48 – Schmitz-Kallenberg 25 – Schneider 41, 67 – v. Steinen 51/53 – Waefelghem 83 – Westf. Ub. VII – ZAK PAM – W. Bleicher, Letzte Spuren der Bibliothek des Klosters E. (Heimatbll. für Hohenlimburg, 38, 1977, 192/98) – idem, Einst dem hl. Sebastian geweiht. Kirche, Kloster und Stift zu E. (Hagener Heimatkalender XVII 1976, 153/59) – E. Dresbach, Pragmatische Kirchengeschichte der Provinzen Rheinland und Westfalen (1902) 434 – H. Esser, Geschichte des Klosters E. (Heimatbll. für Hohenlimburg u. Umgebung, III 1929, 17/32, IV 33/48; V 17/27; VI 17/32; VIII 33/48; IX 65/80; X 97/112) – idem, Hohenlimburg und E., Dortmund 1908 – E. Klüting, Das Elseyer Registrum Mortuorum Fabiani et Sebastiani (Heimatbll. für Hohenlimburg XXXVII 1976, 201/13) – Eadem, Zur Geschichte des Stiftes Elsey (ibid. XXXVII 1976, 21/30) – Eadem, Stift E. und seine räumliche Verflech-

[1] Fama refert, fundatum esse ad propitiandam necem, a membro illius familiae Sancto Engelberto, archiepiscopo Coloniensi illatam. Revera Fridericus, filius Mathildae supra allatae, post annum 1225 ad propitiandam necem dotationem auxit.

[2] Decretum est in Capitulo provinciali anni 1628: „... cum ex certis indiciis et argumentis constat, Elsen in comitatu Limburgano esse seu fuisse ordinis nostri monasterium, etsi idipsum a multis annis ordinis, et a 50 circiter religionis iugum excusserit, ... opus est nihil omittere ad recuperandam hanc domum (Paas, Beschlüsse 18).

tung im südl. Westfalen (Westf. Zschr.) 126/27 Bd., 1976/77, 27/50) – EADEM, Das freiweltliche adelige Damenstift E., Geschichte, Verfassung und Grundherrschaft in Spätmittelalter und Frühzeit, Diss. Bochum 1976 – J. F. MÖLLER, Über das freiweltliche adlige Damenstift E., Dortmund 1802 – E. THIEMANN, Das alte Elseyer Altarbild (Hagener Heimatkalender XII 1971, 136/37) – Westfälische Bibliothek II 5350.

## ENGELPORT B.M.V., SS. Nicolaus et Catharina

Porta Angelica.
Prope Treis, ad Mosellam, Rhenania, Dioec. Trier.

Parthenon, prioratus. Fundatus anno 1225 ab Emerico de Monreal pro monialibus O. Cist ex asceterio Chumbd. Quibus cum locus non placuisset, eum mox iterum dereliquerunt. Dein Philippus de Wildenburg eques emit eum, maiorem construxit ecclesiam et an. 1262 moniales Ord. Sti. Dominici ibi collocavit. Tamen ordo ille negavit consensum, ideo transiit conventus ad Ord. Praem. an 1272, sub paternitate abbatis de Sayn. Quae postea vero transiit ad illum de Steinfeld. Secundum catalogos erat postremo sub Rommersdorf. Anno 1666 elector Trevirensis conventum voluit unire cum asceterio Mariaroth, quod vero, instante Capitulo Generali, non est exsecutus. Generatim habitatum fuit a 20 canonissis nobilibus, quae saeculo XVIII neque clausuram neque vitam communem observaverunt. Anno 1794 conventus quinque monialium a Gallis expulsus, se fixit in Treis. Anno 1802 asceterium suppressum, et mox ecclesia solo aequata est.

Ruinae monasterii anno 1903 a Patribus Oblatis Immaculatae Conceptionis reconstructae sunt, una cum ecclesia.

Archivalia: StA Koblenz 18 dipl. 1272/1803, 9 copiae; 11 fasc. acta 1596/1802 – Domarchiv Trier: 50 dipl. s. XIII/XVII, repertorium archivorum (incompl.) 1673/74.

Bibliographia: AUSFELD 77 – BÄRSCH 1855: 159/61 – DHGE XIV 487 – Gall. Chr. N. XIII 669 – GOOVAERTS I 467, II 401, IV 63, 95 – HHSD V 91 – HUGO I 172, pr. 102/03 – KEUFFER/KENTENICH 175, 297 – KORTH Urk. Kön Nr. 789 – Lettr. com. Jean XXII 49377 – LThK III 683 – de Beata Beatrice moniali: LIENHARDT 84, 130 – MARX II 2, 306/07 – PAAS Prov. Kap. – IDEM Vis. Ber. – SAUERLAND II 1888 – SCHORN I 546/52 – ZAK PAM – A. FRIEDERICHS, Das Kloster E. bei Treis a. d. Mosel (Rheinische Kunststätten 181) Köln 1975 – IDEM, Die sel. Beatrix aus Treis, Klosterfrau zu Maria-E. (Heimat zwischen Hunsrück u. Eifel, Beilage der Rhein-Zeitung XXIII Nr. 10, Koblenz 1975)[1] – J. GANSEN, Maria E. bei Treis (Koblenzer Heimatbll. V 1928,

[1] Mox erat cultus ad reliquias huius monialis, qui vero numquam legitime ab ecclesia erat recognitus. Pretiosum eius reliquiarium post suppressionem fuit destructus.

Nr. 24 et 25) – N. HAUERSPERGER, Kloster Maria E., Hünfeld 1918 – v. STRAMBERG, Das Nekrolog von Engelport (Arch. f. Rheinländ. Gesch. II 1835, 1/94).

### Priores

Wilhelmus Preiß ca. 1614

### Magistrae (Schorn) ab anno 1450

Catharina 1341,
Lysa v. Ehrenberg 1384, 1406, priorissa ut præcedens
Margareta Kratz von Scharffenstein 1450–1532 res.?
Agnes von Coppenstein 1524, abbatissa 1543/45
Margareta Boos v. Waldeck 1568/95
Anna Catharina v. Wildenburg 1595/1620 res.
Elisabeth v. Metzenhausen 1620/41
Regina Elisabeth v. Metzenhausen 1641/66
Anna Eleonore v. d. Leyen 1666/98
Anna Catharina von Wentz 1698/99
Charlotte Margareta v. Piesport 1699/1719
Isabella Emerentiana v. Gülpen 1720/52
Sybilla Gertrude v. Rumrod 1752/75
Hildegard v. Moskopp 1775/90
Anna Elisabeth Geyer v. Geyersberg 1790/94
N. Staader 1803 abbatissa

## FLAESHEIM B.M.V. et Sta. Magdalena

(Pronuntiatur: Flaasheim) – Vlaes-, Ulars-, Ullars-, Vlaertz-, Vlaers-, Vlaersheyme, -heim, Vlasem, Wlasen, Vlozem, Wlarshem, Vlarsseim.

Prope Haltern ad flumen Lippe, in districtu Recklinghausen, Westfalia. Dioec. Köln, nunc Münster.

Parthenon nobilis, prioratus. Fundatus anno 1160/66 ab Henrica comitissa de Ravensberg. Moniales monasterii duplicis de Knechtsteden eo fuerunt translatae, sub cuius paternitate de jure semper stetit. Saeculo XV habuit 14–18 moniales. Quae anno 1555 cum permissione Stae. Sedis ab ordine defecerunt et parthenonem in canoniam saecularem verterunt, ab abbatissa directam. Circaria Westfaliae semper reclamavit. Anno 1620 denuo ordini est restituta, sed conventus recalcitrans post longas lites anno 1670 pecunia se a jurisdictione ordinis redemit. Anno 1790 igne combustum est monasterium, nec amplius reconstructum. Anno 1802 suppressum est et Duci de Arenberg addictum. Ecclesia, quae est modica, nunc est parochialis, de monasterio ne lapis quidem superest.

Archivalia: Vest. Archiv Recklinghausen: 507 dipl. (quo et translata sunt ea quae fuerant in Archivo Ducum de Arenberg Bruxellis) – StA Münster 2 fasc. acta XVIII saec. – Pfarrarchiv Suderwich.

Bibliographia: BINTERIM/MOOREN 59 – BÖRSTING/SCHRÖER 210 – DHGE XVII 326 – HHD III 198 – HUGO II 1141/46 prob. 698/705 – LUDORFF Krs. Recklingshausen (1929) 232/47 – PAAS Beschlüsse – IDEM Kampf – TIBUS I 790 – WAEFELGHEM 87, 376 – Westf. Urkb. II, VII, 29, 814, 1404 ff., 1452, 2183, – ZAK PAM – G. ANGERMANN, Die beiden Urkunden über die Gründung des Klosters F. (Jber Hist-Ver f. d. Grafschaft Ravensberg zu Bielefeld LX 1958) – D. BETTE, Das Kloster F. (Gladbecker Blätter 1921) – N. ESCH, Das ehemal. freiweltliche Damenstift F. (Recklinghauser Volkszeitung 1901, Nr. 34/38) – E. FELDMANN, Die Aufhebung des Stiftes F. (Vestische Zschr. XLVI 1939, 131/57) – K. GÄRTNER, Das adelige Damenstift zu F. (Die Heimat in Vergangenheit und Gegenwart, Recklinghausen III 1926, 79 ff.) – H. GROCHTMANN edidit: Flaesheim. Zur 800 Jahrfeier 1166/1966 (Flaesheim 1966). Ibidem scripsit ipse: F. Kloster oder freiweltliches Stift? – Wann wird Fl. zum ersten Mal urkundlich erwähnt? – Meisterinnen und Äbtissinnen des Klosters u. Stiftes Fl– Articuli ANGERMANN, BETTE, FELDMANN et PENNINGS (2) pariter in hoc volumine collectivo sunt editi – H. GROCHTMANN, Knechtstedens Kampf um die Rückgewinnung Flaesheims, Vest. Zschr. 1966/67, 142/75 – IDEM, ibid. 1954/65 p. 36, 167 – N. MOOREN, Das Dortmunder Archidiakonat Köln–Neuß, 1853, 71 – H. PENNINGS, Geschichte der Stadt Recklinghausen, 1930, I 453 – IDEM, Die Anfänge des Stiftes Fl. (Zschr. der Vereine für Orts- u. Heimatkunde der Veste Recklingshausen XXXVI, 1926, 1/56) – IDEM, Stift und Kirche zu F. am Ende des Mittelalters und zu Beginn der Neuzeit (Vestische Zschr XXXIX 1932) – H. THÜMMLER, Neue Forschungen zur roman. Baukunst in Westfalen (Hefte für Gesch., Kunst u. Volkskunde XLIII 1965, 3/69) – Westfäl. Bibliothek II L 5972.

## Magistrae et abbatissae (Grochtmann)

Richmoeth 1226/34 res.
Margarete ca. 1246/57
Godesta ca. 1268/98 res.
Gertrud v. Schwansbell ca. 1299
Heilewig ca. 1302/12
Hadwig ca. 1329/33
Agnes v. Rechede ca. 1338
Jutta v. Mengede ca. 1341
Gertrud v. d. Lutekenhove ca. 1359
Adelheid v. Brabeck ca. 1371
Helewig ca. 1379
Kunigund v. d. Sigenbeke ca. 1395
Gertrud v. Galen ca. 1408/21
Elsa (des Hertes?) ca. 1425/42
Leneken des Unverzagten ca. 1446
Blydecken Munckerdes ca. 1447/58
Anna Wulfs ca. 1460/1505
Aleke v. Mechelen ca. 1505/18
Clara v. Bachem 1519–22
Elisabeth v. Mechelen 1523–36
Elisabeth v. Langen 1537–58
Elisabeth v. Westrem 1559–93
Margaret v. Bodelschwingh 1593–ca. 1600
Sibylla v. Hoevel ca. 1603–30
Anna v. Swansbell ca. 1630–34
Anna Maria v. Ketteler 1637–70
Anna Maria v. Nagel ca. 1670–1715
Kunigunde v. Nagel 1715–32
Wilhelmine v. Asbeck 1732–48
Maria Francisca v. Aschebroich 1748/71

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Ludovica Anna v. Haen 1772–90
Sophia v. Esch 1791–1808

Inseri nequit:
Beatrix saec. XII vel XIII, Necr. Knechtsteden 31. XII

## FÜSSENICH SS. Nicolaus et Hubertus

Wossenick, Fusinnich, Wsse – Vose – Fusnich, Vusnych, Fussnichium Vosse-, Vissenich, Fusniacum[1]

Prope Zülpich in Rhenania, Dioec. Köln.

Parthenon, fundatus anno 1147 in Ramersdorf a. d. Lippe (Westfalia) ab Hermanno v. Alfter, civi Coloniensi, per translationem monialium Hambornensium. Eodem quoque anno parthenon translatus est in F.; adiecta, ut videtur, turba sororum ex Dünnwald. Advocatia erat penes equites de Hengsbach, postea apud comites et duces de Jülich. Parthenon semper nobilis mansit sub paternitate abbatum Hambornensium, ad tempus vero subfuit abbati Arnsbergensi. Parochiae incorporatae, generatim a canonicis de Steinfeld vel Knechtsteden administratae: Bettenhoven et Dirlau. Anno 1157 confirmatio papalis. Anno 1254 archiepiscopus Coloniensis scribit abbati Hambornensi, ne pateretur ultra 50 sorores admitti – fuerant enim 88 in domo. Anno 1497 reformata est. Anno 1672: 6 canonissae, 1710: 8 simul ac 2 conversae. Anno 1802 suppressus est. Aedificia adhuc extant integra. Ecclesia perpulchra, in stylo dicto „Rokoko“ annis 1711/16 erecta, nunc est parochialis, monasterium anno 1892 emptum est a dioecesi, quae an. 1895 sorores Sti. Augustini, vulgo „Cellitinnen“ ibi collocavit, quae ibi scholam pro puellis dirigunt.

A r c h i v a l i a: StA Düsseldorf: 160 dipl. 1147/1802, acta s. XVI/XVIII – Akten Steinfeld 24/26, 27 – Bibl. Nat. Paris, Fonds Latin 9274 Nr. 56 (Diploma Hadriani

---

[1] Vitetur confusio cum abbatia O. Cist eiusdem nominis in Gallia, quae gallice vocatur Foigny, a Bartholomaeo de Joux episcopo Suessionensi fundata. Haec confusio aperte facta est in casu Beati Alderici, qui conversus fuisse dicitur in Füssenich. Vixit nempe saec. XIII in Foigny quidam Alexander conversus, cuius vita omnino concordat illi B. Alderici (alter filius principis ex Scotia, dein pastor; alter filius regis Franciae dein subulcus). In genealogiis regum Franciae, quae pro saeculo XIII sunt fideles et exactae, pro Alderico non est locus, de cuius cultu ante saeculum XVI in Füssenich nullum invenitur vestigium. In illius parochia Bettenhoven colebatur Beatus quidam Irmundus, cuius vita est copia fidelis vitae B. Alderici, id quod auget confusionem. De Alderico vide VAN DER STERRE Natales Ordinis. Praem. (1627) et LIENHARDT.

Jahr 2001: Sr. Regine Wertz, Bad Münstereifel, ....platz 18

Pp. IV 1157) – Pfarrarchiv F. Urkundenbuch 1867 – Gutsarchiv Bettenhoven – BMun Nancy MS 992/VIII 135/210.

Bibliographia: Bärsch (1855) 161/63 – Becker 183 – Binterim/Mooren I 96, 98; II 91 – Caesarius v. Heisterbach I 53, II 177 – Clemen IX/1 Krs. Düren 144/45 – DHGE XIX 324 – Ewald IV 43, 3 – Fabricius V 1, 236 – Gall. Chr. N. III 796 – Grote 165 – HHD III 211 – Hugo I 691, pr. 568/74 – idem SAM EpGerv. 122 – Ilgen 76 – JL 10310 – Joester Urkb. cf. ind – Knipping II 456, 851, 1381, 1473, 1526, 1632, III 152, 245, 742, 845, 1765, 2312, 2411, 2615, 2697, 2825, 3315, IV 508, 574/76, 842, 1095 – Lacomblet II 24, 60, 203, 317 – Lepaige II 505 – LThK IV 247 – Lienhardt Eph. Hag. 21, 39, 143, 205, Auct. 22 – Miraeus 50 – MGH Ep. Sel. III 503 – Neuss (v. Steinfeld) 262, 264 – Oediger 154/55 – Offermann 112 – Paas Beschlüsse – idem Kampf – idem Prov. Kap. – idem Vis. Ber. – Podlech III 121/24 – Potthast 17330 – Redlich I 48/51, 57, 63, 95 – RegImp V 2166 – Reichsreg. Karls V 4216 – Sauerland I 339, VII 1081, 1082, 1084 – Schorn I 554/605 – Waefelghem 93 – ZAK PAM – J. K. Blom, Ein wertvolles Stück aus dem alten Urkundenbuch des Präm. Klosters F. (Dürener Geschichtsblätter 1962, Nr. 29 p. 617) – H. v. d. Broeck, Geschichte des Klosters F. (Heimatblätter der Dürener Zeitung XII 1935, 193/96, 202/05) – idem, Kloster F. im Spiegel der Geschichte, Jb des Kreises Euskirchen 1979/80 – N. Gehlen, Der letzte Prior des Klosters F. und die Familie Kosch Hambloch, ibidem 1930, 76 – H. Lubberich, Die Klosterfamilie des ehemal. Präm. Klosters F. ibidem 1932, 109 – idem, Die wirtschaftlichen Verhältnisse des Präm. Kl. F. vom 12–18. Jahrundert, Diss. Köln 1926 – ZAGV III 219, 220; VII 185, X 264, XI 109, XII 184, XIV 79 – AHVN XXV 269, XLIV 24, XLVII 46, LV 45, LVII Reg. –

Series praesulum (ab an. 1325 ad tempus praepositi, secus priores) StA Düsseldorf

Theodoricus 1167
Bernardus 1195
Fridericus
Godefridus – 1198
Henricus 1200
Godefridus 1208
Henricus 1227
Gerhardus 1231
Godefridus 1308/21
Gobelinus de Gutterswick 1321–
Johannes de Herontem 1323/25
Nicolaus 1325 antea praep. in Houthem
Otto Boie 1395 (prior)
Hermannus 1425
Engelbert de Holte 1432/34
Emmericus 1459
Hermannus Eyll 1461
Leo 1506/09
Henricus de Velbruggen 1523
Otto de Weverden 1531/42
Gerardus Kniebolt 1553/60
Gotthard v. Spee 1560/73
Lutger v. Landsberg 1573/82 postea abb. in Hamborn
Wilhelm Ingenhoff 1582/1603 item
Henricus Schmitz 1603–06
Stephan v. Stein 1606/09 deinde abb. in Hamborn
Hieronymus Froitzheim 1619/23
Albert v. Rossum 1623/39
Joannes Schnorrenberg 1639/47
Hermann v. Wachtendonk 1647/66
Bertram Adrian v. Bylandt 1666/67
Joh. Albert v. Herdt 1667/72 deinde abb. in Hamborn

Hieronymus Cranenbach 1673/79 antea prior in Gartzen
Elbert v. Steinhuiss 1679/81
Friedrich Siegers 1681/84
Joannes Grewel 1684/89
Theodor Schwerffen 1689/1706
Heinrich v. Dael 1706/26
Jacobus Bong 1726/37
N. de Bochholtz 1737/45
Lucas Schackinger 1745/69 antea prior in Antonigartzem
Joh. Bapt. Moureaux 1769–1800
Joh. Jos. Zeck 1800–02, † 1818

Series magistrarum (StA Düsseldorf, Hugo, Schorn)
(Saec. XIV dum vocabantur priorissae, dum magistrae)

Maria v. Alfter 1147
Jepa 1157
Imzra 1180–1226
Mathilde
Gertrud v. Bessenich 1226/28
Aleydis 1231/54
Irmengardis 1282/91
Helwigis 1293/1305
Catharina v. Monsdorf 1308/38
Lucia (priorissa) 1344
Jutta 1349/81
Bela de Zülpich (priorissa) 1381
Metza de Goich 1434/53
Margareta de Rindorf-Spinnenblüth 1453/61
Gertrudis Kevenerat 1461/78
Gertrudis Rouwen 1478/90
Anna v. Escherinck 1497/1527
Margareta Spieß 1527/47
Anna v. Gymnich 1547/51
Maria v. Ahr 1553/66
Agnes v. Gertzen 1566/82
Margareta v. Berg gen. Trips 1582/95
Alexandrina Foß v. Schwarzenberg 1595/1623
Maria v. Gertzen 1623/34
Adriana v. Bottberg zu Wanckum 1634/55
Anna Maria v. Wolfskeel 1655/85
Veronica v. Wolfskeel 1685/90
Catharina Elisabeth v. Fremersdorf 1690/1728
Maria Anna v. Ahr 1728/42
M. Katharina v. Vlatten 1768
M. Antoinette v. Bergh gen. Trips 1775/1800
M. Felicitas v. Lyskirchen 1800–02 †1808

## HAMBORN SS. Joh. Bapt. et Evangel.

Hawen-, Haven-, Hamburne-, -burna, -borna, -barme, Hammeren.

Quondam sola erat sita in medio silvarum, nunc vero in medio suburbii civitatis Duisburgensis. In regione carbonaria vulgo Ruhrgebiet, Dioec. Köln, ab an. 1821 Münster, nunc Essen.

Praepositura fundata an. 1136 a Gerardo de Hochstaden juxta antiquam

ecclesiam parochialem. Adhuc saec. XII fit abbatia. Hugo praetendit primos religiosos venisse ex Scheda. Invocat ad hoc Lairuelium, qui forte ea sumpserat ex antiquis indicibus perditis. Authentice quidem probari nequit, tacentibus documentis, tamen omnino veritati concordare potest. Quidquid sit, ab anno circiter 1175 fuit filia Steinfeldensis. Documenta pariter tacent de monasterio duplici, sed respecto more in circaria tunc vigente, censemus sorores advolasse ex Scheda una cum canonicis. Translatae sunt anno 1146 in Ramersdorf, et inde paulo post in Füssenich.[1] Praeterea et alius parthenon dependebat ab Hamborn: Wenau. Anno 1157 confirmatio pontificia, ecclesia probabiliter consecrata est an. 1170. Advocati fuerunt equites de Hochstaden, dein haeredes illorum, comites de Wickrath. Praeter parochiam loci, et dimidiam partem ecclesiae in Hochkirchen (annis 1258/99 tantum) nullas habuit ecclesias incorporatas. Primo tempore floruit. Fridericus abbas (1220/30) magni ponderis fuit in ordine, sed cum esset exclusive nobilitati reservata omni tempore, abhinc canonia saepe elanguit et semper laboravit mala disciplina. Communitas erat exigua, usque ad medium saeculum XV numerum 20 religiosorum vix est transgressa, ab anno 1500 decem, anno 1806 quinque. Anno 1587 in bello tantopere est subversa, ut per decennia fuerit inhabitabilis. Anno 1673 a Capitulo Generali abbatibus commissa sunt titulus, mitra et iura abbatum de Soulseat in Scotia – qui reapse numquam fuerant infulati. Circa annum 1700 fuit in statu vere deplorabili. In actu suppressionis anno 1806 possedit fortunam 400000 talerorum Clivensium. Ecclesia (gothica cum turre romanica) mansit parochialis, monasterium, in quo est pulchrum claustrum romanicum, factum est domus parochi, qui ab anno 1960 gaudet titulo „praepositi". In bello peracto aggressione aerea omnia sunt deleta, annis 1949/53 vero reconstructa. Anno 1959 ordo revertit in antiquam haereditatem suam, eo secedente communitate Rothensi. Statim fit domus sui juris, ab anno 1965 vero administratur ab abbate Plagensi (Schlägl in Austria). Annis 1973/75 ampliantur aedes monasterii, quae nunc habitantur a 19 canonicis, qui parochiam loci et varias alias parochias administrant, et in scholis catechizant. Supersunt in ecclesia perpulchra et pretiosa paramenta de tempore antiquae canoniae.

Manuscripta et archivalia: StA Düsseldorf: (magna pars horum archivorum facta est inutilis in bello, sed extant copiae) 162 dipl. 1139/1701, copiarium s. XV,

[1] Nil certi potest erui hac de re, vide L. Horstkötter, Die Anfänge des Präm. Stiftes H. 83 et 86, qui insinuat solutionem sequentem: Lumbertus (vel Lupertus) praepositus Hambornensis anno 1146, adiuvante cive quodam Coloniensi Hermanno, fundavit asceterium in Ramersdorf, assumptis sororibus ex Dünnwald. Quae cum fundatio non prosperasset, Lumbertus sorores provisorie retraxit in canoniam suam, donec perficerentur aedes novi asceterii, quas construere voluit in Füssenich, in fundo donato ab archiepiscopo Arnoldo Coloniensi.

acta varia cf. Ilgen 83, et Oediger 172/77. Akten Steinfeld 50 I/III (Visitationes 1451/1757, electio abbatum 1604/1757) – Stadtarchiv Duisburg: Photokopien der Urkunden und Akten, die nach den Kriegsverlusten den Bestand H. im StA Düsseldorf bilden. – Pfarrarchiv Hamborn: Lagerbücher s. XVII – BMun Nancy: (in hoc casu valde utilis) 992/IX, 11/20– Cf. ibidem et in Düsseldorf archivalia sub Ellen et Füssenich. Minuta vide apud Horstkötter Die Anfänge o.c. 196/97ff. Quod valet etiam pro

Bibliographia: Bader, Grafen v. Are – Bärsch 67/69 – Becker 84, 317 – Binterim, Mooren I 91 – Bürsting Schröer I 314 – Clemen II 2 (1893) 62/67 – Cottineau 1374 – Ewald 43 – Fabricius I 252 – Gall. Chr. Nova III 80 – Goovaerts I 57 – Grote 209 – HHSD III 249 – Hugo Ann. Praem. I 791, prob. 628/36 – idem, SAM Ep. Gerv. 104, 107, 122 – JL 10311 – Joester Urkb. cf. ind – Knipping cf. indices – Lacomblet I 333, II 457, 578 – LThK IV 805 – MGH Ep. Sel. III 503– Neuss 262, 264 – Paas Prov. Kap. idem, Vis. Ber. – Podlech II 204/11 – Potthast 17330 – Ramackers Adl. Stifte V 336/39 et passim – RegImp V cf. ind.-Reg. Urbain IV 91 – Sauerland VII 1081 – Waefelghem 108, 377 – ZAK EOP 1928, 180 – idem PAM – H. Averdunk/W. Ring, Geschichte der Stadt Duisburg 2a ed. Ratingen 1949 cf. ind. – G. Binding, St. Joh. Bapt. in H. (Rheinische Ausgrabungen IX, Düsseldorf 1971, 88/110) – Nachrichten von der hochadelichen Präm. Abtei H., Codex Diplomaticus Hambornensis, in: A. C. Borheck, Bibliothek für die Geschichte . . . des niederrheinischen Deutschlandes, Köln 1801, 19/57, et in: Beiträge zur Erd- und Geschichtskunde der deutschen Niederrheinlande, Köln 1803, 19/57 – D. Disselkötter, Aus den Anfängen der evangel. Gemeinde Beeck (Monatshefte f. Rhein. Kirchengesch. XXX 1936, 167/72) – E. Gelderblom, ibid. XXXII 1938, 161/78 – Handbuch des Bistums Essen, hsg. vom Bischöfl. Generalvikariat 2. Aufl. Essen 1974, I 82f., II 187f. – Hauch/Renard, Wiederherstellung des roman. Kreuzgangs der ehemal. Abteikirche H. (Ber. über die Tätigkeit der Provinzialkommission f. d. Denkmalpflege in d. Rheinprovinz 1. 4. 1912–31. 3. 1913; Beiträge zu den Bonner Jahrbüchern, 22/28) – E. Hegel, Kirchliche Vergangenheit im Bistum Essen, E. 1960, cf. ind. – L. Horstkötter, Die Abteikirche in H., Duisburg 1975 – idem, Bruchstücke von einem Nekrologium des Präm. Stiftes H. (AHVN 177, 1975, 13/22) – idem, Die Anfänge des Präm. Stiftes H. (Duisburger Forschungen, Beiheft 9, Duisburg 1967) – P. Opladen, Die Minoriten in Duisburg, Emmerich 1940, 87/91 – O. Oppermann, Zwei unechte Urkunden für Kloster . . . Hamborn (Rheinische Urkundenstudien, Publik. der Gesellsch. f. Rhein. Geschichtskunde 39, Bonn 1922) – O. Redlich, Die Visitation und Reformation des Klosters H. im 15. und 16. Jahrh. (ZBGV L 1917, 115/62) – idem, Jülich-Bergische Kirchenpolitik am Ausgange des Mittelalters und in der Reformationszeit, 3 Bde. Bonn 1907ff. cf. indd – G. v. Roden, Geschichte der Stadt Duisburg II, D. 1974, 43/56 – F. Rommel, Mülheimer Beziehungen zur Abtei H., insbesondere Beiträge zur Geschichte des Kolkerhofes, Duisburger Forschungen I 1957, 169/205 – idem, Hamborner Äbte und Kanoniker aus dem Dinslakener Land (Heimatkalender Kreis Dinslaken, 1967, 52/57) – idem, Alsumer Urkundenbuch, Neustadt a.d. Aisch 1966 cf. ind– idem, Duisburg-Beeck, (Duisburger Forschungen 2. Beiheft, D. 1958) – idem, Schulte-Marxloh, Oldenburg 1959 – idem, Alsum und Schwelgern (Duisburger Forschungen XIX, D. 1974, cf. ind.) – F. Scheiermann, Die Präm. Abtei H. (Rheinische Kunststätten 211, Düsseldorf 1936 und Köln 1978) – idem, St. Johann in Duisburg-H., vom Wiederaufbau der ehemal. Präm. Abtei (Anal. Praem. XXXII 1956,

349/53) – H. Scheiermann, Altes und Neues vom Niederrhein, insbesondere über die ehemal. hochadelige Präm. Abtei und Pfarrei H . . . Duisburg 1897 und 1925 – M. Schwan, Abtei H. in Vergangenheit und Gegenwart (Unsere ATH. Werkzeitschrift der August Thyssenhütte, AG XI 1965 21/25) – R. E. Tristram, 800 Jahre Abtei H. (Bergische Heimat XI, Wuppertal 1937, 36/39). – E. Verheyen, Bau- und Kunstdenkmäler in Duisburg (Düsseldorf 1966, und Duisburger Forschungen 7. Beiheft, D. 1966, 42/51) – L. Weiser, Hamborn, ein Heimatbuch, H. 1925 p. 40/65 – idem, Geschichte der Hamborner Heimat, H. 1931 31/61 – H. Wolter, Zur Gründungszeit des Präm.stiftes H. (AHVN 174, 1972, 198) – Analecta Praem. Tabulae Generales 1925–67, Averbode 1968, 101/02.

### Series praesulum (Horstkötter)

#### 1. Praepositi

Lupertus 1147
Gernod 1157/1166
Adam 1170

#### 2. Abbates

Godefridus 1195/1200
Theodoricus (praepositus) 1208
Fridericus 1220/1227 res.
Hermannus de Holte 1231/34
Philippus de Dinslaken 1253/54
Theodoricus 1268
Godescalcus Berfreyt 1272/73 postea abbas in Knechtsteden
Joannes 1281/1290
Laurentius 1291
Godefridus 1295
Conradus 1298/1299 res.
Drudo 1301 antea abbas in Sayna et praep. in Wenau
Christianus 1306/10
Arnoldus 1314/15
Joannes 1321/22
Henricus Stecke 1325/45
Henricus de Monte (v. Berg) 1350/88
Konstantin Kroenen 1394/1414
Berthold v. Brabeck 1417/24
Dietrich Estas 1426–51 res.
Heinrich v. d. Heyden 1451/76
Albert v. d. Bongart 1483/87 res.
Hermann v. Hiesfeld 1487 a comite Clivensi non acceptatur
Johann Stael v. Holsteen 1487–1517 res.
Wilhelm v. Weyenhorst 1517–43
Albert v. Haen 1544–53 res.
Christoph v. Husen 1553–82 res.
Ludger v. Landsberg 1582–1603
Wilhelm Ingenhoven 1603–19 res.
Stephan v. Stein 1619–46
Wilhelm Gottfried v. Hillen 1647–72
Johann Albert v. Heerdt 1° 1672–75 res.
Johann Wimar v. Breydenbach 1674 coadj. 1677–94 abbas
Johann Albert v. Heerdt 2° 1694–1705
Wilhelm v. Bentinck 1705–24
Gottfried v. Bemmel 1724–26
Heinrich v. Dael 1726–42
Johann Arnold v. Houven 1742–57
Franz Ferdinand v. Dunckel 1757–82
Alexander v. d. Horst 1782–90
Karl Adalbert v. Beyer 1790–1806 †1842 ut episc. auxiliaris Colon.

### 3. Priores de regimine

Bernhard Mayer 1959–1965 res.

Florian Pröll, abbas Plagensis administrator in Hamborn 1965–

Inseri nequeunt: Gerardus abbas, antea praepos. In Keizersbosch (Necr. huius parthenonis, in Arch. Abb. Averbodiensi, die 5ª sept.), Henricus, quondam abbas Hamb., fratris nostri (Necr. Steinfeldensis, die 10ª aprilis; Joester UB Steinfeld p. 596) et Volquinus abbas (Necr. Steinf., die 11ª novembr.; Joester UB Steinfeld p. 598).

Gelenius in suis „Farraginibus" (MA in Arch. Mun. Coloniensi saec. XVII) fol. 353 habet sic: Nicolaus, Godefridus, Fridericus, Henricus, Christianus, Gerardus, Joannes, Allardus, Volkwinus, Arnoldus, Theodoricus, Philippus, Henricus Stecke.

## HEILIGENBERG B.M.V. et Sti Thomae Cantuariensis[1]

Sanctus Mons, Mons Stae. Mariae, Hilligen-, Hylghen-, Hilgen-, Hilligeberge, -berghe, -berch. Vitetur confusio cum multis allis coenobiis huius nominis variorum ordinum.[2]

Prope Altenbruchhausen in comitatu Hoya, in meridie provinciae Hannover. Dioec. Bremen, nunc Osnabrück.

Praepositura, dein (inter annos 1242 et 63) abbatia. Propter interitum archivorum pauca de ea scimus. Fundata est inter annos 1215 et 1217 a Gebhardo comite de Wernigerode, filia primitus, ut videtur de Cappenberg, dein sub paternitate abbatum Steinfeldensium. Anno 1235 prima vice authentice occurrit. Mater de Heiligenthal, parochia incorporata: Vilsen (1227). Advocatiam exercebant comites de Tecklenburg, dein illi de Altenbruchhausen, postremo illi de Hoya, in quorum territorio erat sita. Habuit possessiones in 75 vicis. Quod scribit Hugo de completa destructione huius monasterii anno 1500, secundum documenta videtur esse erroneum vel ad minus valde exaggeratum. Anno 1543 a Jodoco comite de Hoya est suppressa. Anno 1563 ecclesia iam erat ruina, et maior pars monasterii solo aequata. Anno 1607 omnia residua sunt amota, loco canoniae nunc est domus inspectoris nemorum.

Archivalia: StA Hannover: aliquae chartae ab an. 1318, et aliqua alia documenta – StBibl. Göttingen: MS Histor. 1 Bd. XVff. 1/4. –

---

1 Quod patet ex Necrologio Parcense (edd. R. v. Waefelghem, Bruxellis 1908) ad. 20. XII.

2 Multa erronea inveniuntur de hac canonia apud varios auctores: Non fuit filia Steingadensis, nec in circaria Saxoniae (Hugo), nec mater nec filia Csornensis (Brunner, LThK), nec alio nomine appellabatur „Justus Mons", ut legimus in catalogo Tongerloensi. Nomen „Heiliberg" quod attribuunt ei generatim fontes Ordinis, non est correctum.

Bibliographia: BRUNNER 731 – GROTE 220 – HHSD II 182 – HOOGEWEG Niedersachsen 56 – HUGO I 809 – IDEM SAM EpGerv 14 – Lettr. com. Jean XXII 22235, 52136, 42143, 45439 – LThK IV 886 – MITHOFF V 159/60 – WAEFELGHEM 110 – ZAK PAM – G. BÄRSCH, Das Präm. Mönchskloster Steinfeld, Schleiden 1857, 108/09 – H. GADE, Beschreibung der Grafschaften Hoya und Diepholz, 1901, 417/21 – W. v. HODENBERG, Hoyer Urkundenbuch, Archiv des Klosters H. 12––1629, Hannover 1855, IV–XV cf. ind. – G. TWELE, Heiligenberg einst und jetzt, Vilsen 1906.

### Series abbatum (Hodenberg)

Absalon 1242[3]
Jacobus 1263
Hermann 1281
Heinrich 1298
Bodo 1318/19
Heinrich 1338
Hermann v. Nienburg 1360/83 res.
Werner 1394
Gebhard Hureghe 1413/19[4]
Arnold 1459
Johann Prouwe 1504
Johann v. d. Busche 1522/33
Ludolf Koch 1535/43

## HEILIGENTHAL B.M.V., SS. Laurentius et Andreas

Sancta Vallis, Hilgenthal, Hilligendale.

In civitate Lüneburgensi, Dioec. Verden (Sunt catalogi qui falso habent Trevirensis dioec.) Vitetur confusio cum abbatia Sti. Michaelis in Lüneburg quae fuit OSB, et cum Heiligenthal, asceterio O. Cist prope Schweinfurt.

Männer

Prioratus, dein (1342) praepositura. Fundata anno 1314 in Geldersen sive Kirchgellersen prope Lüneburg a Lippoldo de Dören, filia de Heiligenberg. Ab anno 1336 vero stetit sub paternitate praepositorum Cappenbergensium. Anno 1319 transfertur in Siebelingsborstel, quod exinde vocatur Heiligenthal, et ubi anno 1342 evehitur in praepositurам. Retento hoc nomine iterum translata est anno 1382 in civitatem Lüneburgensem, ubi lente et laboriose currente saeculo XV novas aedes sibi erexit, simul ac gymnasium, quod bene floruit. 1383: 20 religiosi, 1414: 12; 1526: 6; 1530: 4. Parochiae incorporatae et administratae: Geldersen et Mittelnkirchen, tamen Bonifacius IX (1389/1404) incorporationem secundae parochiae revocavit[1]. Praepositi tantum omni sexennio Capitulum Generale adire debuerunt. Postremo erat satis collapsa. Suppressa anno 1530, Anno 1564 monasterium solo

[3] Primo erat praepositus, dein abbas est factus (Ob. Prem. I 20. XII).
[4] JOESTER Steinf. Regesten Nr. 402.

[1] Rep. Germ II 422.

est aequatum, ecclesia vero profanata est, donec annis 1801/02 et ipsa sit destructa. Unus murus eius adhuc stat, Picturae pretiosae altaris gothici nunc sunt in ecclesia Sti. Nicolai eiusdem civitatis. Bona sola revocant antiquum nomen tamquam „Domäne Heiligenthal".

Archivalia: StA Hannover: 13 chartae 1332/1498 – Stadtarchiv Lüneburg: acta saec. XV/XVII, inter alia chronicon praepositi Kultzing 1382: „Narratio de fundatione et de translatione monasterii in Lüneborch" HS AB 591.

Bibliographia: BACKMUND MaGSchr 145/47 – BRUNNER 732 – GABRIEL 13 – GOOVAERTS I 471 – GROTE 221, 273 – HOOGEWEG Nieders. 75, 84 – HUGO I 827 prob. 652/58 – Inv. nichtstaatl. Arch. Heft 3, 385 – KÖHLER Ilf. Reg. cf. ind. – LThK IV 891 – MITHOFF IV 110, 170/72 – RepGerm II 422, III 40 – WAEFELGHEM 115 – ZAK PAM – H. GMELIN, Spätgot. Tafelmalerei in Niedersachsen und Bremen (Deutscher Kunstverlag 1974, 84/99) – H. HELMS, Das Präm. Kloster H. in: Archiv f. Urkundenforschung IX 1926, 307/421 (cf. Anal. Praem. V 169/79) – G. LEIBNITZ, Scriptores rerum Brunsvicensium II 383/99, Hannover 1710: (Narratio de fundatione et translatione monasterii sui in Lüneborch, auctore praeposito Ottone Kultzing anno 1382). Cf. BACKMUND o.c. – N. LOCHMANN, Vom Hochaltar des Klosters H. (Lüneburger Museumsblätter II 1910/12, 401/03) – N. MANECKE, Topographisch-historische Beschreibung der Städte, Ämter und adelichen Gerichte im Fürstentum Lüneburg I, Celle 1858, 18/19 – W. REINECKE Die Chroniken der niedersächsischen Städte, XXXVI, Lüneburg. Stuttgart 1931 of. ind. 500 – IDEM, Geschichte der Stadt Lüneburg, Lüneb. 1933 cf. indd. – H. REINEKE, Die Rekonstruktion des H.er Altares (Lüneburger Museumsblatt XIII, 99ff. – N. WOLFF, Die Kunstdenkmäler der Provinz Hannover (Hann. 1899 III 170ff.

### Series praepositorum (Helms)

Everhardus 1313 provisor, 1332 prior, –ca. 1335
Heinrich v. Bucken 1335 prior 1342–52 praepositus
Johann Advocati 1354–70
Albert Wittemach 1370–73
Otto Kultzing 1373–1408
Gerlach 1408–12 res.
Hermann Soltow 1412–20
Heinrich Hoppenranke 1420–36
Hermann Bodensen 1436–43
Marquard Schiphorst 1443–46
Eberhard v. Kampen 1447–59
Johann Weygewint 1459–89
Johann Ehlers 1490–1504
Johann Schepenstede 1504–10
Matthaeus Eikholt 1510–25
Meinhard Kröger, prior 1525–30

## HEINSBERG B.M.V. et St. Johannes Evangel.

Hinsperga, Haynesberg, Haimsberg.

Municipium in limitibus Neerlandiae, inter Aachen et Venlo, Rhenania. Olim in ducatu Jülich. Dioec. Leodiensis, nunc Aachen.

Monasterium duplex, clarum et opulentum. Fundatum est circa annum 1140 a Goswino II toparcha de Heinsberg et uxore eius Aleydi. Secundum catalogos erat filia Praemonstrati, de facto fuit postea sub paternitate abbatum Knechtstedensium, ad tempus illorum de Heylissem. Anno 1194 moniales tantum, tamen occurrit in obituario Praemonstratensi, sub die 17a augusti „domnus Joannes abbas in Heinsberch". Evolutio huius coenobii videtur fuisse ad instar parthenonum Houthem, Reichenstein, Bedburg et Wenau: e communitate duplici paulatim expelluntur viri. Secundum indices antiquissimos initio pertinuit ad Circariam Brabantiae. Filiae: Houthem, Reichenstein. Parthenon, qui situs erat ante portas civitatis, fuit semper nobilis; anno 1542 in bello destructus est et anno 1553 intra muros denuo erectus. Habuit sex parochias incorporatas, partim in Neerlandia sitas, scilicet Hoengen, Hünshoven, Gangelt, Brachelen, Geilenkirchen, Teveren, ad tempus etiam Oidtweiler. Quae omnia per saecula administrari solebant per canonicos Knechtstedenses et Saynenses. Generatim habitabatur a 25 canonissis, quae praepositum suum infulatum (1541) sibi elegerunt ex canonicis circariae.

Anno 1630 ortus est magnus rumor. Abbas Ninivensis, ab Abbate Generali delegatus ad reformandum asceterium, deposuit priorissam et imposuit antiquum rigorem ordinis. Priorissa amare requesta est apud Nuntium Apostolicum Petrum Caraffa. Ille restituit statum quo ante et minatus est abbati visitatori excommunicationem. Inde processus, in quem se immiscuit et nobilitas regionis, invocans Imperatorem et summum illius tribunal (Reichskammergericht). Postremo vicit ordo, et priorissa denuo deposita devote petiit absolutionem.

Anno 1802 suppressus est, et ecclesia mox solo aequata, monasterium, annis 1774/78 eleganter de novo erectum, factum est museum municipale. In bello peracto pariter destructum est. Altare maius venit in Haaren, stalla chori in Vlodrop.

Archivalia: StA Düsseldorf: 202 dipl. 1156/1756, Kopiar s. XVIII acta s. XVI/XIX (cf. ILGEN) – StA Koblenz: Akten Steinfeld – Arch. de l'Abb. du Parc: XVIII 4: 75 docum. 1541/1658 – Arch. segreto Vaticano: Nunziatura di Colonia (permulta continet saec. XVII) – BMun Nancy 992/IX, 47/85 (materia magni ponderis) – StB München cgm 2213/14 fol. 24r ff. (Sammlung Redinghoven) – Arch. Domus Generalitiae Ordinis, Romae – Pfarrarchiv Gangelt: Kopiar s. XIV/XVII. – Brit. Museum London: Necrologium.

Bibliographia: Bärsch 1855, 168/79 – Clemen VIII 3 (1906), 57/60 – Cottineau 1397 – Ewald IV 43 – Fabricius V 1, 310 – Goovaerts I 87, 137, 193, 283, 388, 466, IV 100 – Joester Urkb. Steinf. cf. ind. – HHSD III 264 – d'Hoop III 9008 – Hugo Ann. I 831, prob. 659/54 (error paginationis) – idem sam Ep. Gerv. 62, 122 – JL 17134 – Ilgen 83f. – Kaiser 37f. – Knipping II nr. 1151, 1230, 1620, III 8, 225, 1227, 2273 – Lacomblet I 409, 436, 476, II 2, 5, 70, 110, 296, 538, 775, 876, 1048 –

LThK IV 940 – Lienhardt Eph. Hag. 185 – Miraeus ODH II ij – Neuss 262/64 – Oediger 179/81 – Offermann 188 – PAAS Neue Beitr. – idem Prov. Kap. – idem Vis. Ber. – Pflugk Harttung I 428 – Podlech I 325/29 – Redlich II 1, 314 ff. – RegImp V 10286 – Reichsreg. Karls V 2462, 6195 – Sauerland V 1199 – Waefelghem 111, 377 – ZAK PAM – N. Braun, Das adlige Fräuleinstift in H. (AHVN VII 1859, 207/11) – H. H. Deussen, Eine Handschrift des 13. Jahrh. aus dem ehemal. Damenstift zu H. (Selfkantheimat. Blätter für heimatl. Geschichte V 1959, 65/67) – idem, Der Grabstein des H.er Propstes Ferdinand Constantin von Loen 1676–92 (Heimatkalender des Selfkantkreises Geilenkirchen-Heinsberg, VI 1956, 66–68) – idem, Grabstätten in H.er Kirchen (ibidem XIII 1963, 68/73) – J. A. Dillen, Funiculus haereditatis sanctissimi Patris Norberti . . . hoc est descriptio . . . monasterii Heinsbergensis, religiosarum . . . sacram Augustini regulam . . . professarun, Leodii 1657 – H. P. Funken, Zur Baugeschichte des Klosterhofes in H. (Heimatkalender, ut supra VIII 1958, 44/47) – F. Heinrichs, Der westdeutsche Adel und das Heinsberger Damenstift (Die Heimat. Heinsberg IX 1941, Nr. 9/11) – F. Kreetz, Historia nobilis parthenonis H.ensis, Coloniae 1772 – H. Kuepper, Geschmiedetes Eisen in H. (Heimatkalender XV 1965, 22/31) – F. J. Lieck, Eine Klage des Richard von Schonnartz gegen Johann Dillen, Probst . . . von Heinsberg (Heimatkalender IX 1959, 75/76) – W. Lückerath, Das H.er Frauenstift (Beiträge zur Geschichte von H. und Umgebung I, 1897, 10 Forts.) – P. H. Meurer, Der Grundbesitz des adligen Damenstiftes H.um 1800 (AHVN 180, 1978, 80/98) – PAAS in AHVN 99, 141 f. – C. H. Pfitzner, H., Rheinische Kunststätten Reihe I: Aachen-Jülicher Land, Nr. 9/10, Bonn 1938 – H. Schiffers, Die Pfarre Hünshoven im Wandel der Jahrhunderte (Veröffentl. des Bischöfl. Diözesanvereins Aachen 1951) – J. Stiennon, Observations paléographiques sur les premières chartes de N.D.de Heinsberg 1168/1223 (Ann. Fédér. archéol. et histor. de Belgique XXXVI, Gand 1956, 467/78) – 700 Jahre Stadt H., Beiträge zur Stadtgeschichte, H. 1956, 55/59 – Necrologium edd. J. H. Kessel in ZAGV I 1879, 248/86 et II 336, et Ch. QUIX et C. F. Mooyer in Westfäl. Zeitschr. V 1842 134/200.

### Series praepositorum (Kreetz, StA Düsseldorf, Joester)

Theodoricus 1201/07
Joannes 1217
Fridericus 1218
Giselbertus 1223
Joannes abbas 1225/32
Henricus 1254/60
Joannes 1267
Edmundus 1274
Winricus 1274/79
Bruno v. Esch 1290/1305
Eberhard ?
Jacobus 1315/25
Gumbertus 1335?
Leo 1333/35
Edmundus 1337/44 res.
Joannes 1344/50
Hermann v. Bonn 1353/57
Engelberg 1363/67
Joannes 1374/78
Michael 1392/96
Jacobus 1403
Joannes de Rode 1407/08
Jacobus de Roitzheim –1412
dein abbas in Steinfeld
Joannes de Weda 1416
Bernardus de Bock
Petrus 1428/29
Christianus Tennen 1431/40

Joannes de Brachelen 1444/57 res.
Theodoricus v. Hatfeld 1460/65
Hermann 1465
Henricus de Wesel 1479/91
Ja cobus van Dael 1496/98
dein abb. in Marienweerd
Pilgrimus 1500 res.
Rainerus Rost –1536
Wilhelmus de Wilre 1536/41 primus infulatus
Leonhard Brauns 1541/46
Petrus Brauns 1546/57
Christianus Hammeren 1558/65
Henricus v. Gillerath 1565/95
Hermannus van Elderen 1595/1601 res.
Petrus Rotarius 1601/08
Martinus v, Hunshoven 1611/16
Joannes Commandeurs 1616–
Joannes Fraisinne 1633
Joannes Dillen 1642/75 antea abb. in Scheda
Constantinus Ferdin. van Loen 1676/92
Casparus Hillebrinck 1692/1708
Norbertus Beckers 1708/20
Fridericus Baldem 1721/48
Lambertus Kohnen 1748/51
Fridericus Kreetz 1751/94
Georgius Müller 1794/1802

Series magistrarum (ibid. Saec. XVII/XVIII: priorissae)

Lutgardis 1297
Lysa 1315
Margaretha 1348
Edelaut 1374
Hedwig van der Puyth 1383
Elisa van Boedberg 1463
Katharina v. Bockholtz 1479
Caecilia van Harff 1501/39
Judith v. Harff 1541/82
Catharina v. Eynatten 1582/1613
Margareta v. Beißel 1613/29
Anna Vlatten v. Froitzheim 1619/39
Elspet Vlatten v. Froitzheim 1639/53
Catharina v. Hochstaden 1653/61
Aledis v. Harff 1661/68
Elisabeth v. Spee 1668/69
Lietardis Adelheid v. Gartz 1669/90
Anna Magdalena v. Bockholtz 1690/1716
Magdalena v. Effern 1716/40
Candida v. Hoensbroech 1740/54
Constantia v. Beißel 1754/61
Joh. Wilhelmina de Hall 1764–1802

## HOUTHEM St. Gerlacus

Hout-, Holtz-, Holtheim, -hem, -heym, Houlten. Sanctus Cellatus, St. Ghierlach.

Prope Maastricht, in Limburgo Neerlandiae. Dioec. Leodiensis, nunc Roermond.

Monasterium primitus duplex, fundatum anno 1201 a Goswino II de Heinsberg, pronepote fundatoris coenobii ibidem, de quo supra. Unde et ve-

nerunt et religiosi utriusque sexus, et a quo primis decenniis videtur fuisse dependens vel quocum erat unitum. Conditum est in loco, quo Sanctus Gerlacus, eques quidam e Terra Sancta redux, tamquam eremita in quercu cariosa, dein in cella vixerat, quem vero ad ordinem Praemonstratensem pertinuisse jure merito est dubitandum. Circa annum 1225 ab Heinsberg separatur et an. 1232 a Capitulo Generali declaratur monasterium sui juris. Post annum 1279 moniales tantum, quae praepositos suos libere elegerunt ex abbatia quadam vicina. Habuit septem ecclesias incorporatas jure patronatus. Anno 1293 numerus canonissarum, quae erant semper nobiles, restringitur ad triginta. Status personalis an. 1555: 21, 1597: 37, 1784: 15 canonissae et 2 conversae. An. 1670 religiosae postulant a S. Sede, ut abhinc gubernentur a priore amovibili, sed nil impetraverunt. An. 1682 frustratur tentamen incorporandi coenobium episcopatui Ruraemundano. Anno 1786 communitas translata est in carthusiam suppressam Ruraemundanam, ubi an. 1797 pariter est dissoluta. Moniales donaverunt bona sua an. 1801 personis privatis, sed prosecutae sunt vitam communem in carthusia sua usque ad an. 1841. Pulchra ecclesia in H. in stylo saec. XVIII nunc est parochialis, monasterium est castellum. Peregrinatio ad Stum. Gerlacum floret usque hodie.

Archivalia: ACG Laon 700 – Arch. Abb. du Parc XI 3: 1 fasc. acta – RA Maastricht: 221 dipl. 1202/1786, 3 registra 1737/95 – BMun Nancy 992/XII 465/79 – StA Düsseldorf Akten Steinfeld 40/5.

Bibliographia: Bärsch (1855) 164/66 – Goovaerts I 112, 309, II 181, 309, IV 10, 119, 266 – d'Hoop III 350, 9477 – Hugo Ann. I 729 – Neuss 262.264 – Paas Prov. Kap. – idem Vis.Ber. – Valvekens ADDespr. – idem, Chap. Gen.Despr. cf. ind. – idem Vis. Can. II 133 – Waefelghem 225 ZAK PAM – G. Brom, Archivalia in Italie, belangrijk voor de geschiedenis der Nederlanden, s'Gravenhage 1908/13, 2229 – La Chambre Apostolique et les Libri Annatarum de Martin V, 1417/31, I ed. F. Baix, (Analecta Vaticano-Belgica XIV, Bruxelles Rome 1947) 825 – Corpus Sigillorum Neerlandicorum. De Nederlandsche Zegels tot 1300, ed H. Brugmans et K. Heeringa, Den Haag 1937/40, I 416/18 – N. Crassier in: Publ. Limbourg. LXVIII (1932) 204/05 – C. Damen, Studie over St. Gerlach te H., ibidem XCII/XCIII, 1956/57, pp. 49/115 – T. Driessen, De kunstminnende priorinne Isabella van Raveschot te Houthem Sint Gerlach (De Maasgouw 88, 1969, 161/68) – A. Erens, Autour de l'election d'un prévôt coadjuteur a H. St. Gerlac (Anal. Praem. V 1929, 158/59) – N. Franquinet, Beredeneerde Inventaris der oorkonden en bescheiden van het adelijke klooster St. Gerlach, Maastricht 1877 – B. Geutjens, Het klooster van St. G te H. 1202–1400, Diss. Leuven 1965 – W. Grauwen, Het Norbertinessenklooster H. St. G. (Anal. Praem. XLVIII 1972, 124/26) – J. A. K. Haas, Inventaris van het archief van het Norbertinessenklooster van Sint-Gerlach, Maastricht 1971 – J. Habets, H. St. Gerlach. Het adelijke vrouwenstift aldaar (Publ. Limb. VI 3 et Maastricht 1869) – idem, Geschiedenis van het tegenwoordige Bisdom Roermond, R. 1875/1927, III 646/47, 677 –Inv. Arch. Arr. Maastricht cf. ind. – H. Janse, Kap en toren van de Gerlacuskerk te H. (Bulletin van de Kon. Nederlandse Oudheidkundige Bond LXXVI 1977, 115 ff.) – J. Kurvers, Conservering en restauratie van de wand en gewelfschilde-

ringen in de kerk van S. Gerlacus te H. (ibid. 89 ff.) – M. Le Blanc, Der Gerlacuskerk te H.en haar monumentale beschildering, ibid. 59 ff. – N. Muller, Geschiedkundige Atlas der Nederlanden (1921/23) III 82 – J. Ramackers, Niederrhein. Urkunden und Briefe des 12. u. 13. Jahrhs. (AHVN CXVI 1932) – M. Schoengen, Monasticon Batavum Amsterdam 1941, II 101 – J. Vannerus, Matrice du sceau du couvent de St. G. a H. (Revue Belge de Numismatique et de Sigillographie LXX 1925, 221/31) – Voorloopige lijst der Nederlandsche Monumenten van geschiedenis en kunst VIII, Utrecht 1908 (CF. Anal. Praem. IX 1933, 295) – Anal. Praem. XVII 1941, 190/92 – AHVN VII 1859 207 ff. – De Maasgouw 1883: 904; 1888: 50, 53; 1889: 181 – De eremita Gerlaco, qui diu celebrabatur ut sanctus ordinis, vide AA.SS. Jan. I 304/21 et Anal. Praem. 1959 348/53.

Series praesulum (Habets et Anal. Praem. XIV 224/25)

Theodoricus 1180/1201[1] prior
Joannes 1209/20, ut duo sequentes, simul praepositus in Heinsberg
Giselbertus 1223/25
Wilhelmus 1279/87
Joannes 1299
Wilhelmus v. Libbeke 1304
Godefridus 1314
Nicolaus –1325
Postea praep. in Füssenich
Didericus Knehart 1383
Rinckhart –1419
Hermann Blijoff 1465/85
Oliver van Aspe 1507/16 res.
Henricus Engelen 1517/23 antea prior in Niederehe
Henricus de Wever 1523/51
Egidius Bruel 1551/55
Joannes van der Porten 1555/75
Erasmus Ghoye 1575/1612
Lambertus Woet 1612/32
Joannes Fraisinne 1632–60
Cleophas Kegel 1660/70
Joannes Maternus 1670/72
Gerardus van der Elst 1672/74
Joseph Barthol. v. d. Stegen 1674/1700
Franciscus v. Cauwenberg 1700/18
Franciscus van Pelt 1718/28
Hermann Jac. Christophori 1728/35
Henricus Castell 1735/45
Mathias de La Haye 1745/47
Abraham Lindenlauff 1747/64
Maximilian Silmen 1764–1803
Joannes Henricus Claessen 1803–13

inseri nequeunt, sec. necrologium loci:
Bernardus van Assendorf
Arnoldus 10. VIII
Bartholomaeus Without
Aegidius Saverode 5. VIII
Wilhelmus van Oyst
Hermann v. Dulcken 11. IX
N. de Wijnhoven 4. X.
Edmundus 14.
Henricus v. Aken 13.
Henricus Creit 13.
Petrus Engelberti

[1] Secundum Habets H. St. G. p. 157 coenobium fundatum est iam ante an. 1201 (1172?). Quod est apertus error, Theodoricus revera fuit praepositus Heinsbergensis.

Series magistrarum vel priorissarum (Habets)

Basilia ca. 1208
Catharina van de Weyer 1363
Catharina de Rive 1375
Mechtildis de Eller †1402
Gertrud de Baesbeek 1419/27
Margareta van der Aa –1465
Isabella van 't Zevel †1587
Maria van 't Zevel 1599
Margareta de Fosseroul 1617–55
Agnes Hoen van Cartyls 1655–80
Margareta Dobbelstein tot Doenrade 1680–83
Joanna Sophia van Eyck 1683–1707
Anna Clara Fredericks 1707–17 . . .[2]
Sybilla Magdalena v. Rickelt 17 . . .–21
Francisca Isabella v. Ravenschot 1721–33
Maria Judith J. v. Petershem 1733–55
Theresia Ofiate de Gomond 1756–87
Sophie de Rochow d'Oberhausen 1787–1813
Inseri nequeunt (saec. XIII/XIV)
Ida de Cortenbach
Mechthild de Hulsberg
Aleydis de Houthem